GREGORIUS DE SCLAVONIA. LEGENDAE SANCTORUM. MELLICENSIA. CALENDARIUM
Melk, 1460 und um 1460 Seite 9r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



nupcijs p̄celsior est. q̄ nam vincat et pugnam Nam
castimonie integritate. pugnam castimonie pace
Virginitas generosius in carne eligit vitam angelorum
imitari. q̄ ex carne vitam augere mortalium Est
enim nobilior felicior q̄ fecunditas non ventre grauescere
sed mente grandescere Illa parturit filios doloris. illa
filios gaudij et exultationis Iactet se illa q̄ plu
res generauit. sed plus laborat. nutriet solacia filiorum.
nutriet et molestias. nubit et plorat. qualia sunt
uota que Cedat igitur hinc omnis fecunditas car
nis. nec ei se audet comparare Sileat omnis lingua
pudicicie coniugalis. nec ultra audeat exprobrare virgini
tati de sterilitate carnali Laudo coniugium. sed q̄ michi
virgines generat Lego de spinis rosam. de terra aurum.
de concha margaritam Cipriani Virginitatem extol
lo. quam flos est Ille ecclesiastici germinis decus et orna
mentum gratie spiritualis illustrior portio regis xpi
Supergreditur enim virginitas condicionem humane nature. per quam
homines angelis assimilantur Maior tamen est vic
toria virginum q̄ angelorum Angeli enim sine carne vi
uunt. virgines vero in carne triumfant Unde hieronimus
In carne preter viuere carnem. non terrena vita est sed
celestis Unde in carne angelicam gloriam acquirere.
maioris meriti est q̄ habere Esse enim angelum feli
citatis est. esse vero virginem virtutis est. dum hec obtinere
viribus nititur cum gratia. quod habet angelus ex natura
Utrumque tamen et esse virginem et esse angelum. diuini